



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

35. An gregarii milites iniustè invadentes, & deprædantes aliquam Vrbem,
teneantur insolidum restituere in integrum, vel an solum ad specialia
nocumenta, quæ quisque intulit? Et an vero authores ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

RESOL. XXXV.

An gregarii Milites iniustè inuidentes, & depradantes aliquam Vrbem, teneantur in solidum restituere, in integrum, vel an solum ad specialia documenta, quæ quisque inuitit?

Et an vero auctores belli, nempè Principes & Consiliarii teneantur integrè restituere, & quilibet eorum also omittente, & similiter speciales Duces, & Tribuni?

Queritur etiam, quid facere debeant Milites, qui ignoranter prouanerint in causa belli iniusti si subditi sunt, & quid si subditi non sunt? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 31.

Sed hoc in §. 1. **M**agna est haec difficultas. Vtrum omnes, qui ad bellum iniustum concurrunt, teneantur in solidum ad restitutionem documentorum omnium, quæ illata sunt: an solum ad specialia documenta, quæ quisque inuitit? Respondetur dubitari non posse. Auctores belli, nempè Principem & Consiliarios teneri integrè restituere, & quilibet illorum altero omittente. Sic etiam speciales Duces, ac Tribuni, quod ea dampna, quæ sui milites eis iubentibus inferunt. Præterea, quando in decursu militum plures sificantur, & se adiuuant, ut aliquam paxdam capiant, vel aliquod damnum inferant: certum est, quilibet teneri in solidum, quia quilibet est quasi causa totalis. Sed probabilis est, singulos milites, qui ad bellum concurrunt, etiam si simul cum aliis in conflictibus pugnant, non esse obnoxios restitutio omnium; sed eorum tantum, quæ ipsi auferunt, vel inferunt; quoniam iste conclusus non est sufficiens, ut singuli censeantur causa omnium, quæ in bello sunt. Et ita docet ex Sylvestro, Gabriele, & Navarra Petrus Lorca in 2. 2. D. Thome, sect. 3. disp. 3. n. 5.

2. Sed contraria sententiam tenet Caietanus in 2. 2. qua. 7. 6. 2. art. 7. & alii: quia ex dictis Militibus unus sine alio non auctor, verbi gratia, urbem inuidere, nec posset inferre damnum: atque ita in tali casu quilibet inuit alterum, & facit alterum fortiorum; & sic quilibet videtur de omni damno teneri.

Verum ego sententiam Petri Lorcae probabilem esepato, quam etiam tuerit Navarrus in *Manuali cap. 17. num. 21.* & Paludanus in *4. distinctione 15. quest. 2. articulo 5.* cum aliis, quos ego ipse citavi, in 3. part. tract. 5. resol. 86.

3. Non definam tamen hic adnotare nouissimum Iohannem Vvigeris de *inst. & iure tract.* 3. cap. 2. dub. 5. n. 40, has pugnantes sententias feedere distin^ctio- nis conciliare: hic enim afferit. Ceterum videntur mihi iste sententiae posse conciliari, & ambæ bene explicatae habere veritatem: quod fieri poterit hoc modo, dicendo feliciter, quod Authores sententiae posterioris loquuntur in casu, quo Milites tantum iussu Superioris inuidant urbem aut Castrum, ipsi inter se non communicantibus de inuidendo & [poli]ando vibendum iam loco superato & obtento incipiunt pro sua particulari voluntate prædicti agere absque omni respectu viuis ad alterum: neque enim solet sic vius ab altero in præda capienda dependere, aut inuari: & tunc videatur verum, quod non singuli teneantur in solidum de tota præda, quodque isti sic intellexerint suam doctrinam, ita ut adiunctis percipitur. Prioris vero sententiae Authores dicantur loqui in casu, quando omnes communis consilio, aut mutua exhortatione, & veluti una manu inuidant locum, aut dominum ad depraedandum: prout sepe contingit, quod aliqua

pars exercitus tali motu diripiatur minora oppidula, aut aliqua loca minus firma, vel etiam exercitus se ferat prædam animans, & sine iussu superioris oppugnans ciuitatem & diripiens: & in eiusmodi causa veritatem obtinet, sicuti omnino apparet quod singuli in solidum teneantur de toto damno quem sentimus etiam causis præter se ferunt verba horum Doctorum. Hucique Vvigeris.

4. Sed hic obiter quærendum est magis generaliter: quid debeat facere milites, qui ignoranter percuti in hoc §. gignantur in causa belli iniusti? Respondendum est: infra in Ref. quodammodo ignorantia iniustiam causæ, nihil debet facere, si probabilis est eorum ignorantia, seu quæ adhibita morali diligenti vinciri non potuerit; praesertim si sint sequenti Principem, cuius sunt subditi. Itaque non tenetur restituere ea, que ex hostiis spoliis consumperunt bona fide, neque resarcire dannam quæ intulerunt. Vbi autem scierunt bellum esse iniustum, debent ab eo desistere, ac restituere ea, quæ ex hostiis spoliis apud se adhuc habent, & in quibus facti sunt locupletiores. Qui autem subditi non sunt dubitantes de belli iniustitia, si postea constat bellum iustum esse, ad nullam restitutionem tenentur; cum nec Princeps, quem inuerunt, ad illam tunc teneatur. Si confitetur de iniustitia, vel de ea dubitetur, idem tenentur restituere. Et ita docet Reginaldus, tom. 2. lib. 21. cap. 8. n. 104.

RESOL. XXXVI.

An Miles subditus possit militare in bello iniusto?

Et an teneantur subditus inquirere iniustiam beli, dum est dubia negativa?

Et an subditus indebet qui non potest decernere, quando sit causa iniusta aut dubia, teneatur semper obediens Superiori precipienti?

Et quid est dicendum, si amicus, à quo Rex petet auxilium dubitet de iniustia beli, possitne illum inuare? Ex parte 9. tractatu 8. & Msc. 3. Ref. 64. alia 63.

§. 1. **A**ffirmative respondet nouissimum Emanuel Themudo in *Decisionibus Olyssiponensis*, part. 1. *Dei*. 9. 3. num. 10. assertit enim, quod licet bellum, quoad caput, & Reges indicentes, ex iniusta causa sit illicitum; tamen quoad subditos dicitur licitum, quia necessitas facit de illicito licitum; Baldus consil. 358. lice *Lairunculus numero 21. vers. super. 2. lib. 2.* quem refert & sequitur *Cardinalis Tuscius* verb. *Bellum. concl. 35. n. 5.*

2. Amicissimus, & doctus Caramuel putat hunc easum esse impossibilem, sic enim ait, in *Theolog. mar. lib. 39. 20. num. 1412.* An miles, certè sciens causam bellū esse iniustum, possit militare? Respondet casum esse impossibilem. Bella enim arcana consilio & fine geruntur, nec causa cognoscitur à milite gregario. Supponendum est enim multa arcana militibus celari, pauca exponi. Ovvenus nomine Scholasticus.

Scire tuum nihil est nisi scire tuum sciat alter, ait, & nomine Politici subsumit;

Si sciat hoc alter, scire tuum nihil est.

Sæpè enim expedit rem ipsam fieri, causas & motivas ignorari. Si dubites, legas libros *Politicos*, Francisco Guicciardino *Hypomnemis I. Princeps legati sui opera alium circumventurus, prius omnium L. gatum ipsum decipiat, oportet. Ergo cum in retum politiarum mysteriis sic reconciliata veritas, & color folius extinsecus oculis proponatur, impossibile est alium præter Principem (aut fortè etiam intimos Consiliarios ipsius, sed & hi solent decipi) cognoscere.*